



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De  
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex  
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes in Passionem Et Resvrrrectionem D. N. Iesv Christi

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniae Agr., 1599**

**VD16 ZV 2606**

Meditatio 34. Quomodo Simon Christum in portandacruce adiuuerit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59870](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59870)



sine dolendum, quàm flendum & plan-  
gendum de peccatis nostris, quæ mortis il-  
liferunt caussa.

7. Monebat Christus mulieres sui a-  
mantes, ruinas flere populo illi imminen-  
tes, indicans amatores Christi dolorem  
debere concipere ex proximorum seu tem-  
poralibus, seu spiritualibus damnis.



MEDITATIO  
VIGESIMAQVARTA.

QUOMODO SIMON CHRI-  
stum in portanda cruce  
aduuerit.

EVANGELIUM.

**S**T CUM ducerent eum, ap- *Matt. 27.*  
prehenderunt Simonem *Marc. 15.*  
quendam Cyrenensem, ve- *Luc. 23.*  
nientem de villa. Hunc  
angariauerunt, vt tolleret crucem  
eius, & imposuerunt vt tolleret  
crucem portare post Iesum.

PRO-



368 MEDITATIONES  
PROPHECIA.

*Ierm. 20.* **E**GO quasi agnus mansuetus, qui por-  
tatur ad victimam.

CONSIDERATIONES.

1. Punctū.

**C**ONSIDERA primò, Christo Hierosolymam exeunte, lamentabile illud vaticinium tum in eam conuenisse. *Egressus est à filia Sion omnis decor eius.* Itaque meritò Propheta deflens tantæ vrbs casum lamentatur. *Quomodo sedet sola ciuitas plena populo?* Sola, quia destituta est illius præsentia qui solus potest ciuitatem custodire, & defendere. *Facta est quasi vidua domina gentium,* dicessit enim ab ea verus & legitimus sponsus eius. *Principes prouinciarum facta est sub tributis,* id est videlicet rebus suis legitimo Regi & Domino, sub tributum & seruitutem inimicorum redacta est. Misera Hierusalem, quomodo obscurata es, cum discederet à te verus ille Sol, qui cæcis tuis lumen reddit, vita illa, que mortuis reddit vitam, salus illa, que omnes ægros tuos curabat. Ecce cælestem lucernam, a te repudiatam, positam hic in monte, super candelabrum, Crucis, vt omnes gentes, tota in cæcitate permanente, illuminet.

Considera mansueti Iesu egressum,  
& speciem



& speciem miserabilem, cinctus est li-  
 stonibus, quorum præeuntes alij, fune  
 illum protrahunt: alij insequentes, ver-  
 beribus & impulsibus ad festinandum  
 iter urgebant. Fit Populi concursatio, vi-  
 rorum fræminarumq; cū magno plau-  
 su & clamore, vt innocentem magnū vi-  
 deant ad sacrificium deportari. Repete-  
 bantur de nouo conuitia, contumeliæ,  
 risus, quidam instar vrsorū aut leonum  
 ferocium penetrant se quàm penitissi-  
 mē in turbas, vt propriores mansuetō  
 aliquid vexationis possent afferre, alij il-  
 lum luto, alij sannis petunt. Ecce, it-  
 quiunt, venit rex noster. Ecce iam affe-  
 ctatum diadema capite gestas. En sce-  
 ptrum regium tuis meritis aptum, sti-  
 pes supplicij tui, quem humeris gestas.  
 Progenies viperarū, hinc amplexus, hic  
 honor quibus desideratum vobis Sal-  
 uatorem excipitis? eum ipsum quē su-  
 perioribus diebus tantis laudibus & tri-  
 umpho profecuti estis? iamne omnem  
 illum honorem & gloriam in ignomi-  
 niam & dedecus conuertitis? Quis non  
 doleat, Iesu dulcissime, tanta tua iniuria  
 & contemptu, imō cui non cor disrum-  
 patur dolore peccatorum suorum, quæ  
 tantis tuis dolorib⁹ & ignominiaē caus-  
 sam præbuerunt.

Con-



Cōsidera, quomodo inceserit Christus lento gradu, suspirabundus, debilis, non rarò sub crucis graui onere in terrā cadens, at improbi illi vt, gentes profectum, neque vllum respirandi momentum concedentes, non vnā, sed multas illi mortes afferebant. Ad extremum cū iam inter ipsorum manus viribus deficeretur, neque iam, quantumuis vndique protractus & protrusus, progredi porrò valeret, metuebant homines impij ne prius moreretur, & minus crudeli morte quā qua ipsi eum mori destinarent. Fecerunt ergo vt Simon Cyrenæus subleuaret illum in cruce ferenda: exprobrantes Saluatori, quòd cū se Filium Dei & omnipotentem iactaret, sine hominum adiumento tantum oneris ferre non posset.

Iesu amantissime, crucem tuam non deponis, quod iam pigeat illam ferre; sed vt eam in Cyrenæi persona nobis omnibus tradas, vt fructuum ipsius dulcissimorū omnes participes simus. Voluisti & Cyrenæo homini ethnico eam tradere, vt quoniam indigni erant Iudæi, gloria crucis transfiret ad gentes. Sed cur non & ego tum aderam? cur non dignus sum habitus tanto beneficio, vt te in cruce ferenda subleuarem? Forſan  
& ego



& ego oculis acerbitatē tuorum suppliciorū videns, sensissem aliquid doloris: forsan & cum sanctissima matre alijsque amicis aliquid lacrymarū profudissem. Quam bene mecum esse actū, si vna tecū prope crucē exspirassem! quam dulcis & iucunda mors cum Domino suo mori! Fortē vt cum latrone egisti, sic & mihi veniam aliquam dedisses.

## COLLOQVIVM.

**R**OGA Christum D. N. quonam ipse te & exemplo suo, & crebris sanctisque monitionibus, extimulat ad ferendam post se crucem: quam in persona quoque Cyrenēi humeris tuis imposuit: vberi te gratia donet, qua prorsus à te metipso ex ipsius amore desciscens, sponte festines ad viam difficilem & angustā sanctæ Crucis: sicut ipse eam pro te amplexus est: utque amorem suum ita cordi tuo imprimat, vt in posterum nihil desideres, nihil cogites, nihil velis nisi Iesum pro te crucifixum.

## DOCUMENTA.

1. **C**Rucem coacti & sine fructū cum Cyrenao portant, quos non amor, sed timor cogit bene iugere: religiosi item, qui Superiorū manda exsequuntur inuiti.

2. **I**n



2. In portanda cruce, id est, seruitio Christi laborandum est, quantum possumus: sperandumque fore, ut deficientibus Deus submittat auxilia, ut Christum adiuvit Cyrenaeus.

3. Si quando lassitudo est quasi tadium accidat nobis in obsequio Dei, recordemur laboris est lassitudinis Christi in portanda pro nobis cruce ad montem Calvaria.

4. Crucem Christi accipiunt, qui sicut Cyrenaeus, veniunt de villa, id est, qui mundum, eiusque actiones deserunt, et Hierosolymam proficiscuntur, ambulantes ad patriam caelestem.

5. Prius crucem portavit Christus ipse, quam Cyrenaeo daret: si qui alij praesunt, seu potestate seu doctrina, primum ipse crucem gestare debent, nempe ut prius discant subesse, et perturbationibus repugnare: deinde eandem dare ferendam subditis.

6. Crux Christi non ad exemplum Simonis huius, sed ad prescriptum illud ipsius Christi ferenda est: Qui vult venire post me, tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Primum ultrò est libenter, non coactè suscipienda, dicit enim: Qui vult. Deinde sua quae ferenda est, non aliorum: quod indicant illa, Crucem suam. Tertio addit, & sequatur me, quia ad Dei

Matth. 10.

Marc. 8.

Luc. 9.